



DISSERTATIO HISTORICO-POLITICA,

DE PROVOCA-
TIONE AD JUDICIUM DEI
IN VALLE JOSAPHAT.

Veritas, quæ apud DEUM, perpetuâ
fulgens malaciâ, nunquam deserena-
tur: apud mortales sæpius obscuratur, &
integris aliquandò sæculis reconditur. Si-
ve à seipsâ caligans Ratio Humana nu-
bem hanc ei inducat, sive crasso peccatorum nostrorum
interventu Eclipsin eam experiamur, dum supremum
Numen candelabri nostri Lumen aufert & extinguit, Apocal. 2.
v. 5.
Interim verò Superstitio lippa, malignâ luce facem
præfert palantibus. Quæ veluti sollicita Humana le-
na Curiositatis, mobiles Hominum anxiorum animos
variis lenociniis ad eò fascinat multoties, ut, quæ credi
vult, non tantum facili mangonio ipsis commendet,
verum eosdè etiam tenaci & diutino patrocinio com-
menta sua faciat tutari. Et hæc quidem Ethnicis præ-
nimiâ nimiâq; turbidis cæcitate, quid non persuasit?

A 2

Deos